

- inter quos loquitur *Johannes* ultimus,  
os habens aureum, vir consultissimus.
- 8 In tribus angelis accessit trinitas,  
quibus vox varia, sed sensus unicus,  
ut innotesceret uxoris pravitas,  
quam sua gerit cordis fragilitas.
- 9 *P. de Corbolio* uxorem fragilem  
probat, *Laurentius* stultam et labilem;  
*Johannes* asserit hanc nunquam humilem,  
sed superbissimam et irascibilem.
- 10 Datur predicere *P. de Corbolio*,  
ut sua probabilis pateat ratio;  
sic ergo sequitur de matrimonio  
et de nubentium labore vario.
- 11 Qui ducit conjugem, se ipsum onerat,  
a cujus onere mors sola liberat:  
vir servit conjugi et uxor imperat,  
et servus factus est, qui liber fuerat.
- 12 Semper laboribus laborem cumulat,  
labor crebrescit, qui semper pullulat:  
ipse est asinus, quem uxor stimulat,  
ut pascat filios, quos ipsa bajulat.
- 13 Se semper mulier infirmam asserit,  
bibit et comedit, mingit et egerit,  
at vir laboribus se multis inserit,  
et tunc incipiet cum consummaverit.
- (zu diesen 13 noch 34 andere strophen, worunter):
- 21 Plus sapientie datur *Laurentio*,  
nam laurus viridis cum pleno folio  
viret in hyeme, siccat (l. sicut) in Junio;  
hic sequens loquitur de matrimonio.

---

8, 4 Wr. cor semper varium, carnis fragilitas.

10, 1 Wr. Datur potentia.

10, 2 Wr. quae notat firmitas et petrae ratio.

10, 3 Wr. hic prius loquitur.

12, 2 Wr. et labor advenit et labor pullulat.

13, 2 Wr. et vomit nauseam postquam conceperit.

13, 3 Wr. multis atterit.